

CEP AE A.

Anagyris ui-
res ex Gal.

Nomina.

Cepæa con-
fideratio.Cepæa ui-
res ex Paulo.

Nomina.

Alismatis co-
fideratio.

quam hic damus, pulchre demonstrat; sed etiam uiribus & odo-
re, utpote qui in tota planta teter & grauis admodum sentiatur.

Anagyris uires memorie prodidit Galenus ibro v. simplicium
medicamentorum, his uerbis. Anagyrus frutex est grauiter o-
lens, & acris, digerentis, excaffientisq; facultatis. Sed folia
etiam uirentia, cum propter humiditatis admissionem minus
sint acris, idcirco tumentia reprimunt. At siccata incidentis sunt,
exice antisq; ualenter facultatis. Similem ser'e facultatem habet
radicis eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium:
sed & uomitum prouocat. Planta, que ἀνάγυρις Græcis, A= 10
nagyris etiam Latinis dicitur: Anaguri, Italis.

Κεπαία. CEP AE A.

CAP. CL.

CEP AE A portulacæ similis est, sed nigrora habet
folia, & radicem tenuem. Folia in uino pota urinæ stilli-
cidio, & vesicæ scabie laborantibus opitulantur. maxi-
mè id præstat, si cum decocto radicum asparagi eius, quæ
myacanthon, hoc est, corrudam uocant, bibatur.

CEP AE A M, quam antea in nostris commentarijs Italica
lingua conscriptis, ingenuè confessus eron me nōdum comperis-
se, aut ab alijs compertam uidisse, hoc tempore Venetijs ad me mē-
sit Ioannes Odoricus Melchiorius Tridentinus medicus pro etate
sua non imperitus, reiq; herbaria non ignarus, mei adeo studio-
sus, ut si aliud non esset, hoc nomine tantum mibi plurimum dili-
gendus sit, atq; etiam in filium habendum. Ad Cepæam hanc re-
deo. Ea sane mibi uisa est ita adamus in Dioscoridis descriptioni
respondere (id quod eius pictura, quam hic damus, graphicè o-
flendit) ut non dubitandum putem, quin hæc sit uera ac legitima 30
Cepæa. Huius, quod equidem legerim, Galenus non meminit in
simplicium censu. Veruntamen Paulus eius mentionem fecit li-
bro vii. inter simplicia, ubi eam retulit his uerbis. Cepæa por-
tulacæ similis est. Folia ipsius contra uescicæ scabies utiliter bibi-
tur. Radix cum asparago, quem myacanthinum, hoc est, corrudi-
dam appellant, pota, urinæ stillicidia, quæ ex obstructione fiunt,
abigit. Κεπαία ut Græcis, ita Cepæa Latinis, & Cepæa Ita-
lis appellatur.

Αλισμα. ALISMA.

CAP. CLI.

40

ALISMA, alij Damasonion appellant: folia ei plan-
taginis, nisi angustiora essent, t laciniosa, conuexaque in-
terrā: caule simplici, tenui, cubito altiore: capitibus
thyrsi: flore tenui, candido, pallescente: radicibus tenui-
bus, vt ueratri nigri, acribus, odoratis, modicè pingui-
bus. aquosos amat tractus. Radix, si drachma una, aut
altera bibatur, his conuenit, qui leporem marinum de-
uorarunt, aut à rubetis ranis demorsi sunt, aut opiu hau-
serunt: torminibus, atque dysenteriæ, per se, aut cū pari
modo feminis dauci, potui datur. conuulsis, & contra
uitia vulvæ prodest. Herba fistit aluum, menstrua pel-
lit, tumores illita mitigat.

QVANQVAM affirmat Ruellius, cui etiā Fuchsius sub-
scribere uidetur, Alisma sibi cognitum esse, uocariq; à nonnullis
Pastoralem fistulanam, à quibusdam uero Plantaginem aquaticam;
tamen plantago hæc, quam etiam aliqui Barbam syluanam appel-
lant, nullis notis cum Alismate conuenire deprehenditur. Siqui-
dem Alisma folia fert plantagini similia, sed angustiora, & in ter-
ram reflexa: caulem mittit simplicem, ac tenuem. Plantago au-
tem

tem aquatica folijs prodit plantagine maioribus, lancearum cuspidum instar acuminatis, sursumq; spectantibus: multiplici caule, adnatis pluribus referto. Cum itaq; ex ijs notis collatis constet, Alisma, & Barbam syluanā inter se plurimū differre, non temere facere videor, quod illorum sententiae non ausim adstipulari. Porro plantam, quam hic pro Alismate depingi curauimus, mihi primum Pragae ostendit Adamus Leonorus, iuuenis spectatæ doctrine, & rei herbarie studiosus. Quod enim hæc omnibus, ni fallor, notis Alisma representet, merito fit, ut iam non dubitem affirmare eam esse legitimum Alisma: aut saltem eius effigiem exhibere, ut aliorum quoq; de ea sit iudicium. Cæterum duo Alismatis genera Plinius constituit lib. x x v. cap. x. ubi de utroq; differit his uerbis. Alisma, inquit, alijs damasonion, alijs lyron appellant. folia ei plantaginiis, nisi angustiora essent, & magis laciniosæ, conuexæq; in terram, alias etiam uenosa similiiter: caule simplici, & tenui, cubitali: capite thyrsi: radicibus densis, tenuibus, ut ueratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. nascitur in aquosis. Alterum genus eiusdem in sylvis, nigrius, maioribus folijs. hæc Plinius. Alisma memorie prodidit Galenus libro v i. simplicium medicamentorum, sic de eius uiribus differens. Da= Alismatis ui-
res ex Gal.

²⁰ De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod radix eius epota dysenterias sanet, & aluum fistat, atq; cedemata mitget. Sed nos ea quidem experti non sumus. Quod autem constitutos in renibus calcu= los aqua, in qua decocta fuerit, pota comminuat, casu experti sumus. Ex quo liquet, quod abstensoriam quandam fa= cultatem obtinet. Huius herbe nomen Græcum αλισμα: Latinum, pariter & Italicum, Alisma.

[†] Hæc uox non legitur in Græcis codicibus, neque ab Oribasio refertur, neque etiam à Marcello uertitur. Vnde plane suspicor, quod Ruellius ita uerbum hoc ex Plinio adiecit, ut reliqua etiam ex eodem reddidit.

Ovōθευχι's. ONOBRYCHIS.

CAP. CLII.

ONOBRYCHIS folia habet lentis, longiora paulò: caulem dodrantalem: florem puniceum radicem paruam. nascitur in uliginosis, & incultis. Herba suapte ui, si trita illinatur, tubercula dis-
sipat: cum uino pota, strangurias sanat: illita ex oleo, sudores mouet.

NASCITYR Onobrychis, Plinio libro x x i i i .cap. x vi . authore, circa fontes. Folia habet lentis, pa= longiora: florem rubentem: radicem exiguum, & gracilem. Sunt qui Onobrychin uelint eam esse herbam, quam aliqui Rutam caprariam, alijs Galegam uocant: nos uero uulgò Lauanese. Verùm hæc notis, que Onobrychi tribuuntur, haudquaque respondere reprehenditur. quippe que folia ferat lentis quadruplo maiora, caulem plerunque bi= cubitalem, flores purpureos, & radicem non paruam. Ut hinc mihi plane videatur, quod illorum opinioni nemo re= cte posset, aut debeat adstipulari. Onobrychidis uires tradidit Galenus libro v i i i . simplicium medicamentorum, Vires ex Ga=

³⁰ sic inquietens. Onobrychis rarefaciendi, digerendi: uim obtinet: proinde folia eius uirentis etiānum illita ad morem cataplasmatis tubercula discutiunt: arefactæ uero, si cum uino bibantur, strangurias sanant. Quintam sudores elicit cum oleo inuncta. Que ovōθευχi's Græce, Onobrychis item Latine, & Onobrychi Italicae uocatur.

HYPERICVM.

Υπερικόν. HYPERICUM. CAP. CLIII.

HYPERICUM alijs androsæmon, alijs corion, alijs chamæpityn appellant, quoniam semen odore resinam imitatur: surculaceo frutice, dodrantali, rubescente: fo=lio ruta: flore luteo, [†] leucoio simili, qui digitis attritus sanguineum succum remittit, qua ex causa androsæmon cognominatur: subhirsuta siliqua, & in rotundo oblonga, hordei magnitudine: semine intus nigro, resinosi odoris. gignitur in locis cultis, & asperis. Vrinam cit, menstrua pellit appositum: tertianis, quartanisque cum uino potum liberat. Semen quadraginta diebus hau= stum, ischiadicis medetur. Folia cum semine illita, am- busta sanant.



Ασκυρον. ASCYRVM. CAP. CLIII.

ASCYRON, siue ascyrroides, hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosus, maiores habēs ramos, surculosiores, rubentesque: folia tenuia: flores luteos, & fructum resinosum, hyperico non absimilem: cuius attritu digitii ferè cruentatur, qua de causa androsæmon uocauere. Usus seminis ad ischiadicos, potum in hydromelitis sextario: nam biliosa recrementa amplissime detrahit. sed assidue dare oportet, donec sanitati restituantur. Illinitur & ambustis efficaciter.

Ανδρόσαιμον.

Nomina.

Alismatis ui-
res ex Gal.


Onobrychis
consideratio.

Vires ex Ga=
leno.


Nomina.



CORIS.



Ανδρόσαεμον. ANDROSAEMON. CAP. CLV.



Κορις. CORIS. CAP. CLVI.

CORIS, quod aliqui hypericon uocant, frutex est folio erice, rubro, pinguiore, ac minore, non altior dorante, suavis, odoratus, acris. Potum semen menses trahit, & urinas: contra phalangiorum morsus, ischiadicos, & opisthotonicos ex uino potum auxilio est: horribus ex pipere, sed opisthotonicis ex oleo, aptissime illinitur. Radix uino decocta potaque, defectis operferre creditur: sed laborantem inter potandum quam optimè cooperiri licet: siquidem corpus totum desudabit, ex qua re pristinam agilitatem recuperabit.

Hyperici, &
congenerum
confider.

HYPERICVM, Ascyrum, & Androsaemum, eiusdem planè generis plantæ (ut Dioscorides inquit) esse uidentur. Verum in earum caulis, & folijs aliqua notatur differentia: nam hæc folia habet rubetiora, illa uiridiora, uni maiora insunt, alteri minoræ.

minora. Similis discriminis ratio in caulis. Omnes haec congeneres plantae hodie ab omnibus uulgò cognoscuntur: et nanque iunio, et iulio mensibus, diuersis in locis aureis floribus ornatae conficiuntur, ipsi adamusim distincte ac praeditae notis, que singulis à Dioscoride tribuuntur. Ceterum que Coris uocatur, non ita Hypericum refert, quemadmodum Androsemum, et Ascyrum. quippe que non altior doctrinali altitudine assurgat: folijs ericæ, minoribus tamen, et subpinguis: caulis rufescens, odore suavi, ac grato. Haec ad me plures allata est à nostris herbariis. nascitur frequentissima in Italia. Hypericum à perforatis folijs à nostris uulgò Perforata uocatur: folia enim innumeris scatent foraminibus, ijsq; adeò minutis, ut usum effugiant, nisi ipsa folia sole obiecta inspiciantur. id quod silentio uidetur inuoluuisse Dioscorides: quinetiam Plinius, alioqui rerum omnium diligentissimus indagator. Qui ta Plinij lapsus.
 men hac in historia hanc dubie falli deprehendit, quod scripsit lib. x xvi. cap. viii. Hypericum nasci semine in
 siliqua, nigro, maturamente cum hordeo. Siquidem Dioscorides non tradit Hypericum cum hordeo maturescere, sed
 contineri eius nigrum semen siliqua subhirsuta, et in rotundo oblonga, hordei magnitudine. Constat præterea annua
 experientia maturescere hordeum plerunque abeuente mato: uerum Hyperici semen non perficitur, nisi iulio, et au-
 gusto mensibus. In hac quoq; Hyperici historia errat Brasauolus medicus licet clarissimus, quod uelit Hypericum
 ex Dioscoridis auctoritate florem album habere: eamq; ob causam, id quod circumfertur, cum flore sit melino, illegi-
 tum esse putat; imò non aliud, quam Rutam sylvestrem, pro qua pharmacopolant secum colloquenter, id ipsum as-
 seruare admonet. Neque in his uno tantum, sed, quantum sentio, duplice notatur errore. Primum quod Hypericum
 non album, sed luteum florem ferre scribat Dioscorides contra Brasauoli sententiam, cum sic in eo legatur ἀρδος ἔχον
 μύλινον, hoc est, florem habens luteum: non autem album inquit, ut perperam Marcellus Florentinus interpretatur,
 cuius fortasse falsa interpretatione Brasauolus seductus est. Deinde quod legitimum Hypericum pro sylvestri ruta ser-
 uandum censuerit, cum tame n in calce ferre sui uoluminis prioris sententie oblitus, dum olei ex Hyperico parandi se-
 niori myropole rationem explicat, communis usus Hypericum Ascyrum esse declarat. Nec secus quam Brasauolus
 hallucinantur, pace eorum dixerim, Monachi illi reuerendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, quod non re-
 cte cum illo sentiant, Hypericum, quo utimur, primum esse sylvestris ruta genus. Quorum sententia cum fuerit à no-
 bis superius in rutæ mentione rationibus et authoritatibus abunde explosa, et improbata, superuacuum esset idem
 nunc repetrere: cùd enim accedit, qui plura horum errata cognoscere uoleat. Hyperici uires memorie prodidit Ga-
 lenus lib. viii. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Hypericum calefacit, et desiccat, tenuisq; substantia est,
 adeò ut et menses, et urinas prouocet. Sed ad hec totus sumendum est fructus, non tantum semen. Porro cum folijs
 illitus uiridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambusta. Ceterum si secunda contusa inspergas, sanabis humida,
 et putredinosa ulcera. Sunt et qui ischiadicis bibendum exhibeant. Idem lib. v. de Androsemio ita scribit. Andro-
 semum planta fruticosa, natura duplex: uuum enim Ascyrum, et Ascyrroides nuncupatum est, species hyperici. Al-
 terum uero à quibusdam Dionysias appellatur. Est autem semen eorum purgatorium. Foliorum uero facultas modi-
 cè extergens et desiccans, ut et ambusta sanare credantur. Ceterum in uino austero decocta, uinum ipsum magnorum
 uulnerum glutinatorium efficiunt. Sed quod de Cori mentionem fecerit Galenus in simplicium medicamentorum
 censu, mibi incomptum est. Planta, que Græcis ὑπερίκον, Latinis similiter Hypericum nominatur: Mauritanis,
 Reiosfricon, seu Retofaricon: Italies, Hiperico, et Perforata: Germanis, Sant Iohans kraut: Hispanis, Coraion-
 cillo: Gallis, Mille pertuis, et Trucheram. Quam uero Græci ἄσκυρον, Latini quoque Ascyrum dicunt: Arabes,
 Asbirach: Itali, Ascuro. Que deinde Græcis ἄσθρασμαν, Androsemum item Latinis appellatur: Arabibus, An-
 droseman, Androston, sive Andresagan: Italies, Androsemio. Que denique οὐος Græce, Coris etiam Latine, et
 Cori Italice uocatur.
 + Quoniam hoc loco in uulgatis exemplaribus Græcis nulla fit alba uioleta mentio; idcirco sunt qui illorum testi-
 monio fieti, uerbū illud auferant ex interpretibus. Sed quomodo id recte factum sit, non video: siquidem in Oribas-
 fio legitur, ἀρδος ἔχον μύλινον λόγοιο ὄμοιον, hoc est, florem habens luteum leucoi similem. Adde etiam, quod
 Hypericum ita adamusim floris colore luteam uiolam representat, ut nihil melius. Nos autem usi sumus uoce Græ-
 ca, ne ex albo, quod forte Marcellio imposuit, aliqua posset oriri difficultas.
 + Que hic sequuntur, in Græcis codicibus impressis non hoc loco, sed in fine inter nota, et Dioscoridi falso ad-
 scripta leguntur, ut que adscititia sint habita. Nos uero illa buc admisimus Ruellij, ut facimus, interpretationem se-
 cuti: necnon etiam fidem codicis manu scripti.

Xapuwalus. AIVGA.

CAP. CLVII.

50 AIVGA herba in terra repens, subcurua: folijs semperuui minoris, multò tenuioribus, hirsutis, & pinguioribus, circum ramos frequentibus, odore pinus: flore tenui, luteo, uel candido: radicibus cichorij. Folia septem diebus in uino pota regio morbo medentur: & quadraginta diebus ex hy-
 dromelite, ischiadicos sanant. Dantur peculiariter urinæ difficultatibus, iecinoris, & renum uitijis:
 torminosis prosunt. Ea apud Heracleam Ponticam, perinde atque antidoto, c ontra aconitum utun-
 tur, bibentes decoctum. Ad antedicta illinitur, cum polenta iure decocti subacta. Trita in farinam, &
 cum fico in pilulis sumpta, aluvim emollit: excepta melle, cum æris squama, & resina deiicit: apposi-
 ta ex melle, vulvae uitia extrahit: mammarum duritias discutit, vulnera glutinat: vlcera qua serpunt,
 cum melle illita, cohibet. Alterum est genus aiugæ, cubitalibus ramis, in anchoræ speciem incurua-
 tis, prætenuibus: coma supradicta, flore candido, semine nigro. haec etiam pinum redolet. Tertia
 mas nominatur paruula, folijs exilibus, albis, scabris: caule alpero, candido: luteis flosculis, semine iu-
 xta alas, resipit & haec pinum. Haec duæ uim superioris obtinent, sed non usqueadeò efficacem.

AIVGAM

Brasauoli er-
ror.

Monachoru-
hallucinatio.

Hyperici ui-
res ex Gal.

Nomina.


Græcis

Arabibus

Uicaria

CAMAEPITYS PRIMA.

CAMAEPITYS ALTERA.



Aiugæ consi-
deratio.

Cuiusdā Ger-
mani error.

Chamepity-
os uires ex
Galen.

Nomina.

AIVGAM, quam Græci Chamæpityn vocant, quoniam folijs, & odore pinum refert, herbariorum uulgs: Iuc arthriticam appellant, quod ischiadicis, & alijs articulorum doloribus opem ferat non obscuram. Vulgaris est notitiae Aiuga, que primo generi adscribitur. Verum postrema, quam sèpius etià nuditus, non adeò omnibus est nota. quemadmodum nec media, quam hactenus mihi quidem uidere non licuit. Cæterum in aperto errore uersabatur Germanus ille pharmacopola, qui Brasavolum docuit Aiugam Germanica lingua uocari Vergiß mein nicht. Quandoquidem herba huius nominis mibi cum Germanis iandiu uersanti notissima est: que tamen nulla prorsus ex parte quânius Aiugam reprezentat. Chamæpityos meminit Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum, ubi de eius uiribus ita scriptum reliquit. Chamæpitys gustu quidem amarum saporem acri ualidiorum obtinet. Effectu uero expurgat, abs stergitq; uiscera plus quam calfacit. Proinde regio morbo laborantibus, & omnino quibus facile iecur obstruitur, bonum est medicamentum. Quin & menses dicit tum pota, tum apposita cum melle. Sed & urinæ mouende aptum est medicamen. Sunt autem qui etiam eam exhibent decoctam in melicrato ijs, qui coxendicis doloribus torquentur. Herba porrò ipsa uiridis uulnera magna conglutinat, & ulceræ putrescentia sanat. Preterea mammarum durities discutit. Est enim in seconde ordinis tertij, in calfaciendo uero secundi. Que herba Græcis xeræuæl'rus, Latini Chamæpitys, Aiuga, & Abiga nuncupatur: Mauritani, Hamefitheos, seu Chamafibius: Italis, Chamepitio, & Iua: Germanis, Ye lenger ye lieber: Hispanis, Pinilho, & Yua artetica: Gallis, Iue muscate, aut arithetique.

LIBRI TERTII FINIS.

PETRI